



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Lect[i]o. ix

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31634**

ille rogabat eum dicens: patiens etiam habe in me et omnia reddam tibi. **an.** Patientiaz habe in me domine peccavi et omnia reddam tibi. **an.** Seruenequam omne debitum dimisi tibi quoniam rogasti me. nonne ergo oportuit et te misereri conserui tui sicut et ego tui miserus sum dicit dominus.

**Dñicavicesima tertia. S. ma.**

**I**n illo tempore: Abeutes pharisei consilium inierunt ut caperent iesum in sermone. Et reliqua. **Omelia**

**venerabilis bede presbyteri.**

**E**t obseruantes miserunt insidiatores qui se iustos simularunt ut caperent iesum in sermone et traderent eum principati et potestati presidis.

Querentes dominum comprehendere principes sacerdotum et scribe timuerunt populum atque ideo quod per se non poterant presidis manibus efficere temptabant: ut velut ipsi a morte eius viderentur immunes. Tu autem domine. **Le. viij.**

**N**uper eni sub cesare Augusto iudea subiecta romanis quando in toto orbe est celebrata descriptio stipendiaria facta fuerat. Et erat in populo magna seditio dicentibus alijs pro securitate et quiete. quia romani pro omnibus militarent debere tributa persol

ui. phariseis vero qui sibi applaudebant de iusticia eorum nitentibus non debere populum dei qui decimas solueret aut primitiua daret et cetera que in lege scripta sunt humanis legibus subiacerent. Tu autem domine miserere nobis.

**R**uius seditionis. **Lectio. ix.** adeo fomes inuoluit: ut post domini passionem insistentibus sibi romanis patriam: gentem et regnum nobile illud cum sua religione templum immo ipsam lucem perdere quam tributa pendere maluerunt. Tu

**F**ratres: Imitatores mei estote et obseruare eos qui ita ambulant sicut habetis formam nostram. Deo gratias.

**Collecta.** Deus refugium **ut s.**

**Evangelio an.** Abeutes pharisei consilium inierunt ut caperent iesum in sermone alleluia. **an.** Magister scimus quia verax es et viam dei in veritate doces alleluia. **an.** Interrogatus a iudeis dominus si licet census dare cesari. respondit iesus et dixit. reddite ergo que sunt cesaris cesari: et que sunt dei deo alleluia. **an.**

Reddite ergo que sunt cesaris cesari et que sunt dei deo alleluia. **Dominica vicesima quarta Scdm Matheum.**

**I**n il. t. Loquere ihu ad turbas ecce princeps vnus